

Observationes

in Menthas Britanniae. Auct. J. E. Smith.

E Florae Britanniae generibus, nullius notio imperfectior adhuc restabat, quam Mentharum, excepto forte illo Confervarum: tam quoad specierum discrimina, quam quoad earundem synonyma. Dillenius recte observavit in sua editione Raji, Britanniam peculiariter feracem esse Mentharum, tamen idem fatetur, sibi, praeter eas a se additas Rajanis, plures futuris scrutatoribus extricandas fuisse relinquendas, descriptas a Merretto, tum observatas a Buddlejo et Randio.

Ardua haec disquisitio natura sua in duas dividitur partes: 1. Considerandum, quomodo praecedentes autores hoc *M.* genus tractaverint. 2. quomodo idem genus lucidius disponi possit.

I. Cum de Bromis nuper in Vol. IV. hujus Collectionis agerem, supervacaneum duxi, ultra Rajum retrogradi. Nunc autem necesse est, ut notitiam afferam de Merretti Pinace, et *Phytologia Britannica* Dris How, antiquiore libro, quippe Ao. 1657. impresso, et qui me fugerat de Bromis scribentem.

Autores horum librorum eandem methodum secuti sunt, quam Rajus post illos. Enumerabant enim plantas omnes Britannicas, quisque pro intelligentia atque scientia sua, parum diligentes in separandis indigenis ab exoticis, illasque ordine alphabetico disponebant, denominationes a quovis autore obvio mutuantes. Quo factum est, ut in eorum scriptis deficiant et ordo systematicus, et uniformitas nomenclaturae: in ista enim iis diebus, apud nos saltem, animos haud intendeabant. Rajus dispositione systematica quidem usus est, sed parca crisi in delectu librorum, quorum synonyma recipiebat, ubicunque eligens id, quod videbatur plantam, quam in mente habebat, melius definire, vel etiam ea adoptans, quae usitatiores essent. Hill

atque Hudsoni primi plantas in patria indígenas secundum nomina unici auctoris, Linnaei scilicet, dispoſuere; prior quidem tantum quoad genera, ſecundus tam genera quam ſpecies. Quam dolendum nobis, quod Rajus ingenii dotes praeſtantes ad conſtruendum ſyſtema impenderit, doctum quidem ingenioſumque, nunc tamen antiquatum, et a faciliore excuſſum; nec eas in definitionibus ſpecificis plantarum, quod tantopere callebat, colloca- verit. Tunc illum ſemper ſecuri citaverimus; at nunc, ſi forte in ſynonymo erraverit, nos quoque in errorem inducit, ſi minus contingat, ut plantam, de qua loquitur, bene, certeque alias cognoscamus, et ipſi, aequae ac ille, proprietatem ſynonymorum dijudicare poſſimus. Feliciter hi errores rarius occurrunt; at occurrunt tamen. Itaque hic locus erit monito, nos, quan- quam citando Rajum, Merrettum, Howium, Dillenium, ad plantam quan- dam, coacti ſimus eam phraſi ejus antiqui auctoris deſignare, qua illi viri in ſuis libris uſi ſunt, ideo non aſſerere, plantam Raji noſtramve eandem eſſe cum illa auctoris antiqui. Ea quae edicimus, quando *opiniones* tantum ſunt, mere verba auctoris adducimus, quando *certaine cognitiones*, citamus herbarium aut ſpecimen, quo illae nituntur. Citantes ita Lionaeum, non niſi pro ejus nomine, minime vero pro ejus ſynonymis fidem damus. Poenitet enim dicto, at auctor ille in iis mendosior eſt plerisque, immo etiam in accuratiſſima ingenioſiſſimaeque *Flora Lapponica*, valde vero in elaborato *Horto Clifſortiano*, Dillenius errores ſimiles ſaepe commiſit, et minime rari ſunt in Hal- leri libris. Quam temere agunt itaque ii, qui ex omnibus auctoribus ſyno- nyma abſque examine critico congerunt! Hoc axioma ſaepe ſaepiusque in- culcavi, at non ſatis recantari poteſt.

Dr. How reſenſet 8. ſpecies Menthae et Menthaſtri, incluſa *Calamintha aquatica*, et *Pulegio*. Earum una, *Mentha criſpa* Danica, aut Germanica ſpi- noſa, nunquam indigenis Britanniae ſpeciebus adnumerata fuit, Merrettus quoque illum omiſit. Alia eſt *NEPETA Cataria* L. Sex reliquas ſpecies ſine haefitatione pro certis agnoſco, atque citabo ſuis locis.

Merretti *Pinax* 11. ſpecies ſub Mentharum nomine proponit; quarum duo numeri pertinent ad *M. Pulegium*, tertius ad *NEPETAM Catariam*, alia (*Calamintha aquatica*) ad *M. arvenſem*. Quinque ex reliquis, ab illo plantis Britannicis adjectae, ſignatae ſunt aſterifco; harum vero 4. ultimae mihi aequae ac Dillenio obſcurae ſunt, nec illas extricandi modum cognosco. Tran- ſcribam verba Merretti:

„MENTHA odorata, flore cineritio. Ad viam Hereford ducentem, quin- que millia ab Gloceſter.“

„MEN-

„*MENTHA balsamita, vel latifolia odorata.* Ad viam inter Pemsey et Lewes in Suffexia. Diutissime durat odor ejus suavissimus.“

„*MENTHA incana foetida.*“

„*MENTHASTRUM valde ramosum, flore violaceo rubro.* Dartfordi in Kantia.“

Verisimile est, has omnes ad species nunc bene notas pertinere, sed characteres hi non sufficiunt ad determinationem certiorum; nec ausim pronuntiare sine inspectione speciminum. Hariolari in aenigmatibus botanicis haud in animo est, sed potius investigare veritatem ope factorum et autoritatum authenticarum.

Editio Ia Synopseos Raji (omitto enim catalogos priores) continet 8. veras species Menthae, inter quas Pulegium, omnes ab autore praestantissimo recognitas et extra dubium positas: citabuntur suo loco. In secunda editione tres alias addidit, sed minus in iis diligens. Nempe, *M. verticillatam* n. 2., quae mihi dubia species videtur, *Mentham spicatam* n. 5., quae est *M. piperita* officinarum, et *Mentham* aliam verticillatam n. 6. Sub qua duas comprehendit, confuditque species. Fidem habuerat alienis Vir egregius.

Ante IIam Editionem Synopseos, a Dillenio procuratam, Botanica assidue ac docte in Anglia colebatur. Menthae praecipue attentionem excitavere Buddleji, trium Dalaeorum, amborumque Bobartiorum. Solertissimi viri coegerunt magnum numerum specierum varietatumque, atque sibi invicem communicarunt, quicquid detegebant, additis annotationibus propriis de proprietatibus characteribusque, et conjecturis circa synonymiam. Horum specimina authentica, asservata in Museo Britannico, Sherardiano Oxoniae, et phytophylacio proprio, illustrata amplis notis manuscriptis duces mihi fuere in studio Mentharum, inextricabili sine illis. Dillenius iisdem usus est, auxiliis in sua editione Synopseos, neque tamen omnia adoptavit aut intellexit. Additamenta sua, ex illis fontibus hausta, sive ex proprio observationum penu, asterisco notavit aut parenthesi distinxit. Addidit insuper duas icones, sed minus bonas, hinc causas multae obscuritatis. Sherardus, cui specimina omnium illarum plantarum communicabantur, ingenio suo indulsit accumulando synonyma in singulas, at minus accurata. Pace sit egregiorum virorum dictum, at hunc casum felicem existimo, quod Pinax ille celebratus lucem non viderit; sive quia tanto operi mens humana impar sit, sive quia hi parum industrie labore suscepto perfuncti sint. Botanica non amplius in definitionibus, sed earum loco in inerti attentione ad synonyma versata fuisse, nec ideo ad exercitationem utilem animi profuisset, nec nos ad praesen-

tem naturae scientiam perduxisset. Buddlejū, Daleamque, plantas respectu qualitatum medicarum investigantes, minus miramur, attente odores Mentharum explorasse; in his enim, hirsutisque, figurae foliorum characteres specierum ponebant, inconstantibus conditionibus, praesertim odoribus. Linnaeus operam eandem suscipiens figuram quoque foliorum characteristicam duxit, cui junxit proportionem staminum ad corollam: eum secuti sunt Hudson, et Sole. Perpendamus has discriminandi methodos.

Est autem omni Menthae speciei, sponte nascenti, et incultae peculiaris et proprius odor, ut v. g. ille *M. rotundifoliae*, quo confectum et semper a *M. sylvestri* discernitur. Sic *M. arvensis* ingrato odore (casei caerulei mucidi) ab omnibus congeneribus verticillatis distinguitur. Sed aliis ea est natura, ut odorem mutant sive immutatione soli, sive situs siccitate, sive ignota nobis constitutionis alteratione. Tali modo, aliae fragrantiam *Ocymi* assumunt, aliae aurantiorum, quaedam gratissimam illius *Thymi vulgaris* varietatis, in Norfolkia frequentis, ibique frankincense Thyme vocatae. Sapor et odor *M. piperitae* illi non soli proprius est, sed ejus participes habet alias Menthae species, etiam Britanniae indigenas; immo *M. piperita*, Succis usitata, atque a Linnaeo Bergioque descripta, certe distincta species est a nostra. Mentham piperitam qui in usum medicum colunt, mihi dixerunt, radices ejus quovis triennio in terram novam transplantandas esse, sin minus, odorem in illum *M. viridis* transire, a qua tamen specie differt.

Figura formae foliorum, in quibusdam sat constans, in quibusdam variat et longitudine et latitudine, praesertim in spicatis. Gradus hirsutiei variabiles sunt, tum foliorum, tum totius herbae. Color nullius est momenti: plures Menthae soli et aëri expositae totae purpureae evadunt. Longitudo et proportio staminum quoque inconstans est. Omnis enim generis radices repunt, semina raro ad maturitatem perveniunt, et stamina frequenter abortum patiuntur, tunc corolla sunt breviora.

Inflorescentiam in hoc et omnibus generibus certissimos characteres específicos suppeditare, autores censuerunt. Quapropter dividerunt in *spicatas*, *capitatas*, *verticillatasque*. Momentosa quaedam exempla dubium mihi iniecere, num integrae sint hae divisiones. Persuasum habeo, eandem speciem in eodem prato et capitata et verticillatam occurrere: fateor tamen, mihi non contigisse, observare varietates intermedias, illas connectentes; at vidi duo vel tria specimina. Protuli opinionem novam in Engl. Bot. p. 448. et cum accuratissimis Botaniciis de illa differui. Plerosque tam adversos habui, ut minus pertinaciter insistere ausim. Subsequens dispositio Mentharum Britanniae tantum non principiis receptis inflorescentiae nititur, annotaturus tamen, ubi haec methodus veram speciem divellere videbitur,

II. Tantas difficultates expertus determinando species Mentharum secundum normam discriminandi adhibitam, convictus fui de necessitate aut aliud distinctionis momentum inveniendi, aut hoc genus in hac obscuritate relinquendi. Docti Botanici bene noscunt, quam difficile sit, reperire notas, accurate in ordinibus naturalibus genera determinantes: felices nos, quod in explorando characteres específicos in generibus naturalibus, non similibus difficultatibus laboremus. E contrario, natura semper fere partem singularem floris aut fructus ita effingit, ut constans sit in eadem specie, in diversis diversa, itaque sagaci et solerti scrutatori solum infallibile praebeat. Ejusmodi sunt, pili in staminibus *Orobanches*, costae calycum in *Arenariis*, figura stigmatis in *Croco*, absentia aut praesentia nectarii in *Cuscuta*, forma capsulae in *Fumariis*, *Juncisque*, situs ejusdem in *Saxifragis*, varius staminum numerus in *Polygonis*, *Phytolactis*, *Cerastiis*, aliisque. Quae notae in aliis generibus characteres genericos efficientes, in generibus naturalibus nunc dictis específicos characteres optimos et maxime essentielles sistunt. Liceat mihi dicere, ejusmodi partes reperi in Mentharum calycibus pedunculisque, praesertim in eorundem hirsutiei gradibus, ac directione. Quae methodus inprimis utilis erit in verticillatis speciebus, qui illa maxime egebant. Huic sunt calyx pedunculique laeves et nudi, calycis dentibus ac parte superiore tantum hirsutis, pilis erectis: huic calyx totus indutus pilis patentibus: huic calyx vestitus pilis sursum, pedicelli pilis retrorsum spectantibus. Habitum istum immutatum existimo; innumeris enim speciminibus tam vivis quam siccis examinatis, vegetatione in situs et foli plurimis diversitatibus attente observata, nullam rationem offendi mutandi opinionem. Non assero, hirsutiem earum partium quoad gradum non variare; at etiam eo respectu minus variant reliquis partibus, excepta *M. viridi*, quae est e spicatis, et in hac quoque directio constans est. Utilitas hujus distinctionum fontis clarius elucebit, cum ad verticillatas pervenerimus. Tacebo nunc plura, et progrediar ad illustrationem totius generis.

Hoc cum sit perfecte naturale, praee omnibus aliis, melius actum censemus, praemisso characterе essentiali, recensere et describere ea, quae omnibus speciebus communia sunt; evitabo repetitiones inanes in descriptionibus singularum.

Character Genericus.

MENTHA. Linn. Gen. pl. 291. Juss. Gen. pl. 113.

Didynamia gymnospermia.

Calyx quinquefidus; *Corolla* subaequalis, quadrifida: lacinia latiore emarginatâ, *stamina* erecta, distantia.

Character naturalis.

Radix repens, perennis. *Caules* ramosi, quadranguli, foliosi. *Folia* opposita. *Flores* verticillati, pedicellati, pedicellis simplicibus, capitatis, vel spicatis. *Calyx* cylindricus, monophyllus, striatus, quinqueidentatus, fere regularis. *Corolla* infundibuliformis, calyce paulo longior, purpurascens. *Stamina* tubo inserta. *Stigma* bifidum, acutum, divaricatum. *Semina* quatuor parva, saepius abortientia.

Herba aromatica, resinosa punctata, plerumque magis vel minus pubescens.

SPECIES.

* *Spicatae vel capitatae.*

1. MENTHA *sylvestris*, spicis villosis subcontinuis, foliis acutis dentato-ferratis subtus praecipue tomentosis, bracteis subulatis.

α. *Foliis lanceolatis.*

Mentha sylvestris L. Sp. Pl. 804. Hudf. 250. α. Hull. 125.

M. spicata β *longifolia*, Linn. Sp. pl. Ed. 1. 576.

M. spicata α *longifolia*, Gouan Hort. 279.

M. longifolia, Hudf. ed. 1. 221. Herb. Rose.

M. villosa prima, Sole Menth. 3. t. 1.

M. n. 227. Hall. Hist. 1. 99.

M. spicis solitariis interruptis, foliis lanceolatis ferratis sessilibus. Linn. Hort. Cliff. 306. n. 1. Herb. Cliff.

M. sylvestris longiore folio. Bauh. Pin. 227.

Menthastrum. Dod. Pempt. 96. Lob. Ic. 509. Ger. em. 684. How. Phyt. 74. Merr. Pin. 71.

M. spicatum, folio longiore candicante. Bauh. Hist. v. 3. p. 2. 221.

Raji Syn. ed. 1. 79. ed. 2. 124. ed. 3. 234.

β. *Foliis*

β *Foliis ovatis.*

Mentha sylvestris. Fl. Dan. t. 484.

M. villosa secunda. Solé Menth. 5. t. 2.

M. villosa. Hull. 126.

Menthastrum. Riv. Monop. Irr. t. 51. f. 1.

γ. *M. candicans*, foliis, spicis et odore vulgari fativae similis. Doody in Raji Syn. ed. 2. 341. Herb. Bobart.

δ. *Foliis ellipticis latis.*

Mentha rotundifolia. Solé Menth. 9. t. 4.

M. alopecuroides. Hull. 126.

M. rotundifolia spicata altera. Linn. in Herb. Cliff. at vix Bauh. Pin. 227.

M. sylvestris rotundiore folio. Bauh. Pin. 227. ex fide Herb. Bauh. Haller.

M. hirtensis secunda. Fuchs. Hist. 289.

Menthastrum sylvestre foliis latis. Hort. Eyf. Aest. ord. 7. t. 3. f. 2.

In ruderatis et paludosis. Fl. augusto.

Caules 2 — 4 pedales, erecti, villosi, pilis deflexi. Folia sessilia, supra incana, subtus villosa, dentato-ferrata; in α. lanceolato-oblonga, in β. ovata, in γ. ovata, minora, magisque tomentosa, in δ. elliptica latissima, inciso-ferrata. Spicae terminales, peniculatae, acutiusculae, villosae, densae, multiflorae, verticillis inferioribus remotiusculis. Bractae subulatae, villosae, floribus duplo longiores, inferiores latiores. Pili pedicellorum arcte deflexi. Calyx parvus, undique hirtus, dentibus setaceis, tubo longioribus. Corolla calyce duplo longior, incarnato-purpurea, extus hirsuta. Stamina plerumque inclusa.

Prima et secunda varietas bene notae sunt sub nomine *Rosmünze*, *Horsemint*, nec rarae, praesertim ada, locis humidiusculis, umbratis, ad oras rivorum, terris incultis, ad casae rusticorum, in pomariis. — Differunt aliquantulum forma foliorum, ceterum similes: ac tantae existunt transitiones, tamque tenues, ut difficile sit synonyma segregare ad eas pertinentia. Soleus, solertissimus in differentiis specierum *Menthae*, et acutissimus in determinandis, eas meras varietates censet. Odor iis fortis peculiaris speciei.

Tertiam varietatem nonnisi in Bobarti Herbario, quod Oxoniae servatur, vidi, missam a Buddlejo, cum schedula autographa sequenti: „*Mentha candicans*, foliis, spicis et odore vulgari fativae similis, Doody in App. R. Syn. 341. I take th's to be only a sweet-scented variety of the *Menthastrum spicatum*, folio longiore candicante, they call it the rough spear mint. „Of this kind I take to be the *Menthastrum niveum* Anglicum, Park. 22.“

Speci-

Specimen hoc videtur varietas *M. sylvestris*, foliis brevioribus angustioribusque, unica perpaullo longioribus. Spicae sunt numerosae, densae, obtusae, tomentosae, habitu similes quodammodo iis verae *M. rotundifoliae*, a qua vero persuasum mihi est specie differre. Notatu dignum est, in Buddlej Herbario, in Museo Britannico asservato, specimen illud, citationem Doodyi annexam ferens, pene aequale esse illi, *Menthastrum spicatum folio longiore candicante*, *J. B.* signato, quod est mea prima varietas, verosimile quoque multo magis illud convenire cum illo specimine Phytophylacti Dni Rose, ex Hudsoni autoritate *longifolia* suae 1ae editionis denominato.

In Herbario Banksiano adest specimen ex Helvetia N. 228. Hall. quod suavissimum odorem Ocyini basilici retinet. Videtur varietas *M. sylvestris*, minor et tomentosior. In Anglia nihil simile videre contigit.

Quarta mea varietas frequenter pro *M. rotundifolia* habetur, ipseque Soleus nomen hoc illi imposuit. Differt a praecedente varietate praecipue formâ foliorum, ellipticorum, obtusorum, et latorum. Cultra nihil mutatur. Examinatis numerosis speciminibus tam spontaneis quam cultis, ne umbram quidem characteris speciei reperire potui, nec differentiam odoris, gustus, aut coloris.

2. *M. rotundifolia*, spicis subhirsutis interruptis, foliis ellipticis obtusis rugosis crenatis subtus villosis, bracteis lanceolatis.

M. rotundifolia. Linn. Sp. Pl. 805. Hudf. 251. With. 522. Engl. Bot. t. 446. Hull. 126.

M. crispa. Linn. Sp. Pl. ed. 1. 576.

M. sylvestris. Sole Menth. 7. t. 3.

M. n. 226. Hall. Hist. v. 1. 99.

Menthastrum anglicum. Riv. Monop. Irr. t. 51. f. 2.

M. folio rugoso rotundiore, spontaneum, flore spicato, odore gravi. Bauh.

Hist. V. 3. p. 2. 219. Raji Syn. edit. 1. 79. ed. 2. 124. ed. 3. 234. Herb. Buddle.

Menthastrum. Tabern. Kraeuterbuch. 729.

β. *Menthastrum niveum anglicum*. Lob. Ic. 510. Ger. em. 684.

M. spicatum folio crispo rotundiore colore partim albo partim cinereo vel virente. Bauh. Hist. V. 3. p. 2. 219.

M. cinereum vel niveum anglicum variegatis foliis. Hort. Eyst. Act. Ord. 7. t. 3. f. 2. nimis lata et luxurians.

In ruderalis humidis et paludosis. Fl. aug. sept.

Caulis 2 — 3 pedales, erecti, pilosi seu villosi, pilis subdeflexis. Folia sessilia, elliprico-subrotunda, rugosa, supra subpilosa, subtus villosa, acute crenata. Spicae paniculatae, obtusiusculae, hirsutae, interruptae, verticillis omnibus fere remotiusculis. Bractaeae lanceolatae hirsutae, floribus duplo longiores, saepe deflexae: inferiores ovatae, Pili pedicellorum deflexi. Calyx parvus, campanulatus, undique hirtus, dentibus lanceolatis, longitudine tubi. Corolla fere praecedentis. Stamina exserta. Odor totius herbae acris et ingratus.

Odore subito distinguitur haec species ab omni varietate *M. sylvestris*, nec hoc nec alio respectu variat nisi in foliis, quae in horto fortius rugosa et albo-striata observata sunt: immo passim hunc colorem tota acquirunt. Semper minus hirsuta est quam *Mentha sylvestris*: folia constanter plus minus elliptica, et frequenter subrotunda. Spicae magis interruptae, bractaeae latae, dentes calycini breviores, et stamina longe extantia, qui habitus invariabilis, distinguunt *M. rotundifoliam*. Nihilominus difficilior est characterem specificum talem exprimere, ut tiro illam statim a priori dignoscat, neglecto odore eius peculiariter acri ingratoque, et tactu quodam viscidum, qui primum mihi a Rev. D. Forby monstratus fuit. D. Sole eam pro potentioribus in medicina Menthis habet, ac in variis affectibus nervinis efficacem cognovit.

3. *Mentha viridis*, foliis sessilibus lanceolatis acutis nudis, bracteis setaceis, dentibusque calycinis subhirsutis.

M. viridis. Linn. Sp. Pl. 804. Hudf. 250. With. 521. Hull. 126. Woodw.

Med. Bot. t. 170. Sole Menth. 11. t. 5.

M. spicata α, *viridis*. Linn. Sp. Pl. ed. 1. 576.

M. n. 229. Hall. Hist. I. 100.

Mentha. Camer. Epit. 477.

Mentha Romana officinarum, sive praestantior angustifolia. Lob. Ic. 507. Herb. Buddle.

M. fativa, herba. Pharm. Lond.

β. *M. angustifolia spicata*. How Phyt. 74. Raii Syn. ed. 1. 79.

M. angustifolia spicata glabra, folio rugosiore, odore graviore. Raii Syn. ed. 2. 123. ed. 3. 233. Herb. Sherard.

M. spicata nostras, Cardiacae fativae formā et odore aemula, folio rugosiore. Pluk. Mant. 129.

Mentha. Camer. Epit. 477. bene.

γ. *M. spicata angustifolia* glabra, spica latiore. Dill. in Raii Syn. 233. Dale in Herb. Sherard.

δ. *M. sylvestris*, longioribus, nigrioribus, et minus incanis foliis. Bauh. Pin. 227. Sherard.

δ. *M. spicata* glabra latiore folio. Dill. in Raii Syn. 234. Dale in Herb. Sherard.

In palustribus. Floret Augusto.

Caules 2 — 3 pedales, erecti, glabri, ramosi. Folia sessilia, lanceolata, acuta, serrata, glabra, quandoque subtus subhirsuta: in β, γ et δ latiora et breviora, magisque aliquantulum rugosa. Spicae paniculatae, elongatae, acutae, verticillis fere omnibus remotiusculis. Bractaeae setaceae, floribus duplo longiores, magis vel minus ciliatae, inferiores subinde lanceolatae. Pedicelli omnino glabri. Calyx sulcatus, in α glaber, in β, γ et δ dentibus ciliatis, pilis longitudine variis. Corolla gracilis, purpurea, glabra. Stamina longitudine varia.

M. viridis, (common spearmint) nec a Raio, nec a Dillenio, plantis indigenis nostratibus adnumerabatur. At Hudson eam admisit, affirmante D. Sole. Folia acuta, lanceolata, et glabra eam ab reliquis *M. spicatis* distinguunt. Pedunculi et tubus calycis etiam glabri sunt, attamen dentes illius non semper absque hirsutia manent; bractaeae communiter ciliatae. Haec est varietas nostra 1, vera et authentica *M. viridis* Linnaeani herbarii, et omnium authorum.

Secunda, 3 et 4 varietas nostra tepebris obvolutae fuere, forsan, quia Raius pertinaciter affirmavit, 2 speciem a planta vulgari hortensi (common spearmint) distinctam esse. Eius autoritate inductus Hudson eam quoque a *viridi* separavit, atque suae *ciliosae*, nostrae *sylvestris*, coniunxit, forsan ob spicas hirsutas. Plenum mihi est, atque certum, constantem nuditatem pedunculorum baseosque calycis, qualiscunque sit hirsuties dentium illius, demonstrare, illi nullam esse affinitatem cum *sylvestri* aut *rotundifolia*: et contra attestari eam pertinere ad *viridem*, cum qua toto habitu et structura congruit. Differunt tantum odore, qui in iis β, γ et δ intensior ac ingravior spirat: folia eorum rugosiora sunt, latiora parumper, et quasi semper breviora: bractaeae forsan minus setaceae quam *viridis*, sed haec sunt conditiones variantes. Inter eas discrimina tenuissima intercedunt, nec ego crediderim, botanicum ex iis species diversas constituere posse, ni examinaissem authentica specimina Dalaei in Buddlei et Sherardi herbariis. Ex iis, varietas mea γ spicam hirsutiorē gerit, dentibus calycinis et bracteis longis albisque pilis subbratis. Folia subtus subhirsutula. Quid velit Dillenius cum suo *spica latiore*, minus intelligibile est. δ foliis est brevioribus et potius latioribus, pilisque bractearum et calycis brevioribus. β frequentissima illarum, folia latiora habet, cum spica minus hirsuta.

Non

Non possum claudere hanc notitiam de *M. viridi*, quin dicam quaedam de alia eius varietate, ea quamvis non sit Britanniae indigena observata. Differt a praecedentibus praecipue foliis latis ovatis, acute et alte ferratis, oris plus minusve crispis. Bractee et dentes calycini brevibus pilis sinuati sunt, et priores folito latiores sunt ceteris varietatibus, ita ut lineari-lanceolatae appellari possint. Haec est

M. floribus spicatis, foliis cordatis dentatis undulatis sessilibus. Linn. Hort. Cliff. 306. n. 3. Herb. Cliff. sed synonyma ibi adlata pertinent ad *M. crispam* Linn. distinctissimam speciem.

In eodem herbario Cliffortiano aliud est specimen foliis brevioribus et rotundioribus, cum designatione „*M. crispae verticillatae* C. Bauh. Pin.“ cui plantae tamen certissime non convenit. Sed de hoc specimen nobile in Horto Cliffortiano legimus.

Duo huius specimina ad me pervenere ex herbario Milleri; is habuit abs Houstono, qui a. 1728. ea in Horto Lugd. Batavorum decerpit, atque schedulam iunxit, manu propria, quatuor synonymis inscriptam, quorum quodvis, mea sententia, ad aliam plantam pertinet, nullum ad plantam affixam! Quid? his omnibus synonymis designata est in Boerh. Hort. Lugd. Bat. 185. n. 3. (*) et quintum ibi superadditum, etiam ad aliam pertinens speciem, ab reliquis differentem. Tam immanis confusio rarissima est, ne quidem in Menthis. Evenit immo, ut unum ex his synonymis *M. rotundifolia rubra, aurantii odore.* Moris. v. 3. 369. ad D. Sole *Mentham odoratam* pertineret, quae vulgo in hortis nostris *Orangemint* audit; quod autem memorabilis est, Millerus hanc *M. aurantii odore (Orangemint)* in 8. Edit. sui Dictionarii sub n. 9. sub nomine *M. rubrae* suae describere ratus, atque casu illa duo specimina, nunc mea, cum illo erroneo synonymo Morisoni, ante oculos habens, ex illis characterem suae *rubrae* ac descriptionem confecit; itaque descriptio omnino non congruit cum planta, ad quam spectant denominatio tam Latina quam Anglica, et quam habebat sine dubio in horto.

4. *M. piperita*, spicis obtusis inferne interruptis, foliis petiolatis subovatis glabriusculis, calyce basi glaberrimo.

α. foliis ovato-lanceolatis.

M. piperita. Hudf. 251. With. 523. var. 2. Woodw. Med. Bot. t. 169.

M. piperita officinalis. Sole Menth. 15. t. 7.

M. piperitis herba. Pharmac. Lond.

M. officinalis. Hull. 127.

M. aquatica nigricans, fervido sapore. Herb. Buddle.

Eales Pepper-mint, Petiv. H. Brit. t. 31. f. 10.

Tt 2

β spi-

*β. spicis abbreviatis, foliis ovatis.**M. piperita*. Hüll. 127*M. piperita vulgaris*. Sole Menth. 10. t. 8.*M. spicis brevioribus et habitioribus; foliis Menthae fuscae, sapore fervido piperis*. Raii Syn. ed. 2. 124. ed. 3. 234. t. 10. f. 2.*M. fervida nigricans, brevior folio et spica*. Herb. Sherard.*M. aquatica sive syimbrium*. Bauh. Hist. v. 3. p. 2. 223?*γ. foliis cordato-ovatis.**M. piperita sylvestris*. Sole Menth. 53. t. 24.*M. hircina*. Hüll. 127.

In aquosis. Fl. Augusto, Septembri. Anglis Pepper-mint.

Caules erectiusculi, 2 — 3 pedales (in *γ* 4-pedales), ramosi, purpurascentes, subhirsuti, pilis recurvis. Folia omnia petiolata, ovata, acutiuscula, ferrata, atro-viridia, supra glabriuscula, subtus pallidiora, magisque hirsuta, venis albidis seu purpurascensibus: in *α* angustiora et fere lanceolata: in *β* breviora et subelliptica: in *γ* latiora cordato-ovata, saepius glabra. Spicae terminales folitariae, obtusiusculae, saepe interruptae, verticillo infimo, (in *α* et *γ*) remotissimo pedunculato; in *β* abbreviate, obtusiores et fere capitatae. Bractae lanceolatae ciliatae. Pedicelli vel omnino glabri, vel superne hirsuti, pilis raris recurvis. Calyx sulcatus, gracilis, glanduloso-punctatus, basi omnino denudatus et glaberrimus, dentibus atropurpureis ciliatis, quandoque (in *γ*) apicem versus undique hirsutus pilis adscendentibus. Corolla purpurascens. Stamina inclusa. Odor pungens, subcamphoratus. Sapor aromaticus, fervidus, amarus; in *γ* virosus et ingratus.

Botanici Britannici de synonymis *M. piperitae* hortensis, medicis proprietatibus praeclarae, diu perplexi steterunt, nec ulli suspicio mota est, non esse *M. piperitam* Linn. donec herbarium eius ad nos pervenerit. Specimen authenticum ibi assertum revera fuit *M. piperitam* Europae borealioris, bene descriptam a Bergio in Materia Medica, sed toto coelo distinctam a nostra, primo intuitu agnoscenda pedicellis et calycibus hirsutissimis. Mera est varietas *M. hirsutae* L. sapore *piperitae*, de qua suo loco. Sic se habente re, impetrabo, spero, veniam, nomen *M. piperitae* plantae a Raio hoc nomine insignitae retinens. Duas meas priores varietates, *α* et *β*, distinctas habuit species D. Sole, sed culturâ plantarum vivarum, quas benevolentia maximâ communicavit, et consideratione speciminum siccorum, nullum reinansit dubium, eas non esse specie distinctas. Authores antiqui etiam unam eandemque habuerunt, ut patet ex herbariis Buddlejii et Sherardii: quorum opè quoque de synonymis Raii et DeWentii certiores sumus. D. Eales videtur primus hanc stirpem prae-

stantem

stantem in usum medicum adhibuisse, et quidem initio varietatem spicis longis, foliis angustioribus, quam meliorem putavit aliis. Capitatae varietati in Sherardi herbario schedula adfixa est, quae asserit, „Raum censuisse, hanc esse *M. aquaticam* sive *tyssimbrium* Joh. Bauhini, et odorem *Pulegio* similem dicit.“ Mea sententia scriptor huius schedulae Raum non intellexit, qui de *M. hirsuta* Linn. loquebatur: nihilominus ex icone et verbis probabile videtur, Joh. Bauhinum de nostra varietate capitata egisse. — Silet de calyce, sed capite proximo describit et delineat *M. hirsutam*, expressis verbis hirsutici densae calycis mentionem faciens.

Ante D. Sole nullus autor tertiam meam varietatem γ novisse videtur. Major planta est ceteris, foliis latis pene cordatis, et spicis longis densis, Odor est *M. piperitae hortensis*, sed minus gratus. Gradu hirsutiei variat, immo accidit, ut tubus calycis superne hirsutus sit, nunquam vero inferne: pagina superior florum in universo est glaberrima, immo nitens. Cultura, etiam in solo arido, parum mutatur, meis observationibus; sed considerans variationes, quibus sine dubio *M. piperita* obnoxia est, nullam certam notam discriminis speciei inter illas reperire possum.

5. *M. odorata*, spicis capitatis, foliis petiolatis cordatis, utrinque nudis, calyce undique glaberrimo.

M. odorata. Sole Menth. 21. t. 9.

M. rubra. Mill. Dict. descriptione erronea.

M. rotundifolia rubra, aurantii odore (rotundifolia spicata altera C. B.) Moris. v. 3. 369. Sect. 11. t. 6. f. 3. glabra.

In aquis rarius. Fl. Julio, Augusto. Anglis Bergamotmint.

Herba tota glaberrima, rubicunda. Caules bipedales, erecti, ramosissimi. Folia petiolata, late cordata, obtusiuscula, ferrata. Spicae terminales, brevissimae, capitatae, obtusae, densae, verticillo infimo remoto, axillari, subpedunculato. Bractae fetacae, omnino glabrae. Pedicelli teretes, glaberrimi, atropurpurei. Calyx gracilis, sulcatus, glanduloso-punctatus, atropurpureus, tubo-dentibusque omnino glaberrimis. Stamina inclusa. Odor aurantiacus, fere Monardae didymae.

Distincta species mihi videtur, constans in foliis latis cordatis, odore aurantiaco, et glabritie totius plantae, dentium calycinorum quoque. Calycis forma proxima est *M. piperitae*. D. Sole eandem censet cum Dillenii *Mentha tyssimbrium dicta, hirsuta, glomerulis ac foliis minoribus ac rotundioribus*, Raii Syn. ed. 3. 237. t. 11. f. 1. Morisonus quoque eandem sententiam annecti videtur, ob iconem hirsutam quam adjecit glabrae propriae. Mihi non con-

tigit aspectus speciminis plantae Dillenianae; at descriptio eius, nihil obstante odore aurantiaco, exprimere videtur varietatem *M. hirsutae*, ad quam pertinet certissime icon eius; ex loco natali quoque verosimile fit, Merretti *M. balsamitam vel latifoliam odoratam* etiam eandem esse: tametsi adjectivum *latifolia* potius ad nostram quadrare videtur, quam Dillenianam. Quocunque modo res se habeat, certus sum, *M. odoratam* varietatem *hirsutae* esse nequire; neque hanc esse *M. aquaticam* Linnaei, quamvis descriptio ex parte illi conveniat. Verba ejus, „*planta non hirta*“ praesertim nostram exprimere videntur, sed stamina constanter corolla breviora semper repugnabunt. Quid sit tandem *M. aquatica* Linnaei, infra planum fiet.

6. *M. hirsuta*, spicis capitatis, foliis petiolatis ovatis, calyce undique hirsuto, pedicellis retrorsum hispidis.

α. *Mentha hirsuta*. Linn. Mant. 81. With. 522. Hudf. ed. 1. 223. Engl. Bot. t. 447. Hull. 127.

M. aquatica. Hudf. 252. α et β.

M. aquatica maior. Sole Menth. 25. t. 11. et minor, ibid. 23. t. 10.

M. aquatica seu *symbrium*. How Phyt. 74. Merr. Pin. 76. Raii Syn. ed. 1. 78. ed. 2. 123. ed. 3. 233. Ger. em. 684. Herb. Buddle.

M. floribus capitatis, foliis ovatis ferratis petiolatis. Linn. Hort. Cliff. 306. n. 4. Herb. Cliff.

M. rotundifolia palustris. Moris. Sect. 11. t. 7. f. 6.

M. aquatica, sive symbrium hirsutius. Baub. Hist. v. 3. p. 2. 224. Herb. Buddle.

M. palustris spicata. Riv. Monop. Irr. t. 49.

Symbrium hirsutum. Raii Syn. ed. 2. 341. ed. 3. 233. Herb. Buddle.

S. hirsutum, folio angustiore et acutiore, minime ramosum. D. Rand. Herb. Buddle.

S. sylvestre. Dalech. Hist. 677.

Origanum vulgare. Fl. Dan. t. 638!

β. *Mentha symbrium dicta hirsuta, glomerulis ac foliis minoribus ac rotundioribus*. Dill. in Raii Syn. 233. t. 10. f. 1.

γ. *M. piperita*. Linn. Sp. pl. 805. Herb. Linn. Berg. Mat. Med. 516.

M. aquatica sive symbrium. Bauh. Hist. v. 3. p. 2. 223. Vide sub *M. piperita*.

δ. *M. palustris*. Sole Menth. 13. t. 6.

M. aquatica. Mill. Dict. ed. 8. n. 5.

M. aquatica, folio oblongo viridi glabro, saporis fervidissimi. Herb. Buddle et Herb. Bobart.

Men-

Menthastrum aquatici genus hirsutum, spicâ latiore. Raii Syn. ed. 1. 79. ed. 2. 124. ed. 3. 274. Bauh. Hist. v. 2. p. 2. 222. Herb. Buddle.

Menthastrum minus spicatum Lobelii. Dalech. Hist. 674. How Phyt. 74.

M. minus. Ger. em. 685.

Calamintha tertia Dioscoridis, *menthastrifolia* aquatica hirsuta. Lob. Ic. 510.

Dill. in Herb. Sherard.

6. *Mentha paludosa*. Sole Menth. 49. t. 22.

In aquis. Fl. Augusto, Septembri.

Herba tota magis vel minus hirsuta, saepe purpurascens, odore forti, variabili. Caules erecti, ramosi. Folia petiolata, ovata, serrata, subtus pallidiora. Spicae terminales, breves, capitatae, obtusae, verticillis infimis plerumque remotissimis, axillaribus, pedunculatis: in δ longiores, cylindraceae; in ϵ interruptae, verticillis plurimis axillaribus, omnibus sessilibus. Bractae saepius lanceolatae, hirsutae. Pedicelli undique hirsutissimi, pilis reflexis, albis, subinde arcte adpressis. Calyx tubulosus, sulcatus, purpurascens, glanduloso punctatus, undique hirsutus, pilis sursum curvatis, longitudine variis. Corolla purpurascens, extus hirsuta. Stamina longitudine varia, in α et β exserta.

Sub 1. varietate comprehendo omnia, quae in Anglia et aliis regionibus pro *Mentha aquatica* et *hirsuta* Linn. habebantur. Editor autem Florae Danicae, t. 538, non minus singularis, eam *Origänum vulgare* denominans, quam in *Ballotam nigram* t. 673. *Menthae aquaticae* nomen transferens. Magnitudine, obesitate variat, et hirsutie, et colore caulis foliorumque: verum enimvero omnis talis immutatio tam manifeste ex humiditate maiore aut minore, aut ex situ ad lucem oritur, et inter omnia synonyma adducta nullum characterem permanentem lucidum satis haud detegere potui, qua tantummodo varietate distinguerem, multo minus specie. Secundam varietatem β mera verecundia erga Dillenium separavimus, et fragrantiae gratiâ ei attributae, quam ob aliquam notam conformationis. Nunquam mihi contigit reperire hanc varietatem in quocunque herbario, uti iam monui ad *M. odoratam*.

Formâ suâ γ parumper recedit a *M. hirsuta* vulgari: gracilior est, et pallidior, et folia minus hirsuta. Praecipua differentia in fragrantia eius, *M. piperitae* simili, posita est. Haec erit vera *M. piperita* Linnaei et Bergii, pro tali in borealiori Europa quoque culta. Linnaei specimen in horto Upsaliensi lectum, fortiter *M. piperitam* spirat, et hac ex causa eam pro planta Raii et Dillenii habuit. Britannica specimina vidi habitu persimili; at non memini me hunc odorem in planta sylvestri offendisse. Si *Mentha aquatica*

foe

sive fusimbrium Joh. Bauhini non est nostra *M. piperita* β , tunc erit planta Linnaei huius nominis; sed haec quaestio in dubio remanebit, defectu descriptionis calycis. In hac varietate stamina breviora sunt corolla, in Linnaei specimine, duntaxat in α et β , longiora sunt. δ singularis est varietas, pro specie enim non agnoscere possum, quamvis inflorescentia valde differat, capitulo in spicam aphyllam elongato, plurium verticillorum ploranthus densorum. Infimus verticillus semper fere axillaris est et pedunculatus, passim quoque in brevem spicam sese extendens. Primus Buddleius hanc plantam in Anglia detexisse videtur. „*Mentham aquaticam, folio oblongo viridi glabro, saporis servidissimi*“ nominavit, hacque phrasi designata existit in herbario suo. Eiusdem specimen adest in herbario Bobarti, a Buddleio missum, cum chartula autographa, cui characterem nunc dictum inscripsit, cum animadversionibus sequentibus: „Haec est, ex sententia D. Dale, Menthastris aquatici genus hirsutum spica latiore J. Bauh. 3. 222. I desire you and your Lady to taste of his, and after some little time chewing, you will find it very hot. The whole face of the plant is different from D. Eales Peppermint.“ Vetus hoc specimen hodie adhuc *M. piperitam* sapit, qua circumstantia, aequae ac omnibus characteribus externis, perfecte convenit cum meis, socio D. Crowe, ad paludem Schammeer lectis. Buddleius perperam eam „*folio glabro*“ dixit, nam folia, utique in specimine eius proprio, utraque pagina minime glabra sunt; etiam pallidiora, nec parum hirsuta. Calyx et pedicelli sese habent ut in praecedente varietate atque sequente. Specimen D. Sole proxime accedit ad meum, nisi quod solitum odorem *M. hirsutae* spiret. Cetera synonyma adducta iusta puto, quamvis olim dubium iniecerint icones Lobelii, Dalechampii, Gerardique: — nam in iis corollae labium superius concavum pictum erat. Nunc haec et aliae Menthae hanc formam in quibusdam florescentiae peristasis assumunt, et accurata comparatio speciminum cum his antiquis iconibus mihi omne dubium excussit. *M. palustris folio oblongo, Morif. Sect. 11. t. 7. f. 4.* in qua corolla etiam galeata depicta est, ad hanc aut sequentem varietatem pertinebit, sed non ausus sum hoc adducere synonymon, specimine authentico Herbarii Bobartiani non inspecto.

Ultima varietas a D. Sole verticillatis adnumerata fuit; et revera plantae vivae, benevolentissime communicatae, omnino verticillatae erant, verticillis omnibus axillaribus, et caule foliis terminato: id est, absolute similes *M. sativae*. Attamen in specimine sicco, quod eidem D. Sole acceptum debeo, verticilli superiores approximati sunt, foliis angustissimis distincti, et caulem terminat capitulum obtusum florum, ut in icone eius t. 22. Solo hoc exemplo discamus, quam arcta affinitas connectat *M. verticillatas* capitatis; aliud ejusdem generis praebet *M. aquaticae* specimen in Herbario

Linnaeano, de quo liceat pauca afferre, quamquam in Anglia eandem plantam sponte nascentem haud legerim.

Specimen authenticum, archetypus *M. aquaticae*, a quo Linnaei descriptio petita est, omnino Mentha est verticillata. Caulis fert 10. verticillos, quorum 7. axillares, et folia his supposita floribus multo longiora sunt. Tres summi verticilli tam arcte approximati sunt, et folia eos fulciant adeo angustiora sunt reliquis, ut speciem capituli prae se ferant. Haec definitio etiam convenit eiusdem speciminis quinque ramulis lateralibus, et cum brevi notitia in Spec. Pl. congruens videbitur. Parum autem Linnaeus est accuratus, dicens „planta non hirta.“ Folia, saltem superiora, pilis brevibus adpressis vestita sunt. Rami, etiam calyces hirsuti, pedicelli minus, quam solent *M. hirsuta* aut *fativa*, sed setis minutis reflexis sat ornatissimi sunt, ut pronuntiari possit, specimen ad unam ex his speciebus pertinere: ad qualem, non liquet, nam persuasum mihi est, eas non differre, et in his, *M. aquatica* Linnaei et *M. paludosa* D. Sole, varietates intermedias extare, ceteras connectentes. In Sherardi herbario adest specimen signatum: *M. palustris verticillata* Cat. Gieff. p. 168., ab ipso Dillenio, arbitror, cum citatione Rivini Tab. 48. f. 2. quam huc pertinere valde dubito. Hoc specimen proximum est *M. aquaticae* modo descriptae; totum hirsutum est, sed minus speciose. Calyx et pedicelli exacte similes sunt *M. hirsutae* vulgaris. Verticilli sex, tres vel quatuor supremi approximati, terminalis angustior, ut capitulum exemplar dici possit. Elatius est, $2\frac{1}{2}$ pedes altum, longos stiones basi emittens.

Ex his dictis manifestum est, *M. aquaticam* L. non amplius distinctam speciem sistere posse. Animadversiones praedictae si nimis longae et taediosae viderentur, obscuritas materiae et incertitudo tanta harum specierum, in qua botanici tam diu haeserunt, culpam abluent.

** *Verticillatae.*

7. *M. fativa* floribus verticillatis, caule erecto, foliis ovatis, calyce undique hirsuto, pedicellis retrorsum hispidis:

α. *M. fativa*. Linn. Sp. Pl. 805. (exclusis synonymis.) Hudf. 253. Engl. Bot. t. 448.

M. verticillata. Linn. Syst. Nat. ed. 10. 1099. Hudf. ed. 1. 222.

M. rivalis β, γ et δ (nec α). Sole Menth. 45.

M. verticillatae varietas, hirsutiae foliorum discrepans. Raii Syn. ed. 3. 232. ed. 2. 124. 6. Herb. Bobart.

M. sylvibrii facie et odore, hirsuta et verticillata, D. Rand. Herb. Buddle. Calaminthae arvensi verticillatae similis, sed multo elatior. Herb. Buddle.

Ua

β. Men-

β. *Mentha aquatica verticillata* glabra, rotundiore folio; Dill. in Herb. Sherard.

γ. *M. verticillata* minima, odore fragrantissimo. Herb. Buddle sub *M. aquatica exigua*. Dill. in Raii Sya. 232.

M. austriaca. Jacq. Austr. tab. 43?

In aquis et paludibus. Fl. Septembri.

Habitus, pubescentia, figura foliorum, et color variabilis, omnino *M. hirsutae*. Differt tantum floribus omnibus verticillatis, axillaribus. Verticilli inferiores saepe pedunculati sunt.

Omnis descriptio huius *Menthae* praecedentis mera repetitio erit, nisi quod flores verticillati sunt. *Hirsutiae*, figura foliorum, colore pallide viridi, aut purpurascente, et plerumque odore, penitus non differunt. Utriusque possideo specimina, quae quoad omnia haec attributa variant: attamen nunquam in ulla varietate *M. sativae* saporem *piperitae* offendi, aut vetus specimen *M. hirsutae* mihi est, quod gratam fragrantiam varietatis γ *sativae* praebet. Sed hoc parvi momenti. Calyces et pedicelli aequales: in priori pili, qui totos vestiunt, sursum curvati sunt, in posterioribus recurvi, aut arcte retrorsum adpressi. Habitus iste certam notam praebet, quā distingui possunt omnes huius varietates ab omni alia *mentha verticillata*. Nisi attendas vero ad istum, impossibile discernas ab alia specie verticillata. Stamina longiora, et breviora sunt corollā, ceterum externe *hirsutula*; passim quoque faux tubi pilis ornatur.

Aequè impossibile est distinctiones certas dare omnium levissimarum variationum huius *Menthae*, ac vulgaris *hirsutae* capitatae. β a Dillenio lecta, inque herbario Sherardi asservata laxa varietas est, foliis latis glabris, sex summis verticillis foliis angustis parvisque interstinctis; circumstantia, quae etiam in varietatibus quibusdam *M. gracilis* D. Sole occurrit, et eas ad *M. spicata* accedere demonstrat. Calyx bene *hirsutus*, et pedicelli pilis reflexis vestiti sunt, parcius tamen solito.

γ est *Mentha* illa, quae perperam pro *exigua* Linnaei habita fuit, cuius rei historia legitur in tertio Volumine harum Transactionum.

Illam conscribens dissertationem, nondum detexeram praestantiam et pondus characteris ex calyce pedicellisque huius generis petiti, alioquin sententiae non subscripsissem, possibile Buddleji plantam eandem esse cum *M. gentii*; nec etiam satis attenderam ad antiquos auctores, ad eam citatos. Nunc autem sentio impossibilitatem pronuntiandi, utrum sit *M. aquatica exigua* Tragi; nec

ne; iconem vero eius, ut et Lobelii, propiorem *M. arvensi* arbitror, Fuchsi p. 291. autem probabiliter ad *M. gracilem* pertinet. Dillenius itaque in selectis synonymorum ad hanc plantam parum solers fuit, ut in aliis quoque. Specimina, quae ipsi ante oculos erant, adsunt in herbario Sherardiano, et errores eius peculiarem et prolixiorem enucleationem merentur, quia sequentibus Botanici causa multarum molestiarum fuerunt.

Primo indicimus in *M. gracilem* (*M. gracilis* Engl. Bot. t. 449.) cum schedula, verba, ni fallor a Dillenii manu, sequentia ferente: „*Mentha verticillata glabra, odore Menthae sativae.*“ Memento oportet viridem Linn. sub sua *sativa* intelligere. Sherardus porro addidit: „*Mentha hortensis quarta.*“ Dod. Augl. 245. *M. angustifolia glabra, odore Menthae spicatae.*“ D. Dale. „*In the hop ground at Bocking plentifully.*“

In eodem chartae involucri adest planta Buddleji et Francisci Dale, *sativa* minor, cuius folia non glabra sunt. Huic adscriptum est: „*found by Mr. Buddie in company with Mr. Francis Dale son by the side of the new river near the upper end of Stoke-Newington.*“

Cum iis eodem involucri continetur folium factum tribus speciminibus signatis: „*observed by Mr. Francis Dale jun. by the brook down Lord'shiplane near Stoke-Newington.*“ Haec gerunt folia ferme glabra, nec vere differunt a primo specimine involucri, *M. gracili*. Calyx tantum arctior est.

Annotatione Dillenii in synopsis „*foliis glabris et angustioribus a priori (M. arvensi) differt*“ luce clarius fit, plantam, ad quam hac phrasi intendit, (p. 232. n. 2.) fuisse eius *gracilem*, cum qua confudit specimen Buddleianum. Nemo excusari posset, qui virum egregium tanti erroris capacem suspicaretur, ni specimina comprobarent; ideoque absque iis hoc caput adhuc impetrabili obscuritate tutum remaneret.

Ad finem excursus huius de *M. sativa* γ addam, me, socio D. Crowe in pascuo communi, *Skoulton common*, Norfolkiae, magnam vim varietatis conformis cum illo suaveolenti specimine Buddleiano observasse, quae odore tantum differebat, qui merus ille erat vulgaris *M. sativae*, nec solo arido humidoque culta immutationem passa est. Proxime accedit ad eam icon atque descriptio *M. austriacae* Jacquini. Accidit quoque, ut folia colorem subinde intenso nitideque viridem assument.

Forte apologia necessaria videatur nominis trivialis *sativa*, *Menthae* impositi nunquam cultae. Dicam saltem, nomina specifica *Mentharum* mala nec significantia esse. Pauci primarium nomen huius plantae penes Linnaeum,

M. verticillata, praeferrent. Improprium esse agnovit, et cum pessima synonymia in *Sp. Pl.* ex specimine a Millero misso, et ad *Meutham* vulgo *fativam* dictam et revera in hortis cultam pertinente, transcripsit, eo commotus, ut denominationem hanc adoptaret. Illud mutandum eo minus censui, quod species forsitan non distincta abs *hirsuta* manebit. *)

8. *M. acutifolia*, floribus verticillatis, foliis ovato-lanceolatis utrinque acutis, calyce undique hirsuto, pilis pedicellorum patentibus.

M. verticillata. Mill. Dict. ed. 8. n. 17. Herb. Miller.

M. verticillata aromatica, folio longiore et acutiore. Rand. Mss.

M. aquatica verticillata, odoris grati. Herb. Buddle.

Ad fluviorum margines, rarius. . . .

Herba hirsuta, odore suavi. Caulis erectus, bipedalis, subsimplex, pilis arcte deflexis. Folia brevius petiolata, patentia, ovato-lanceolata, utrinque acuta, inaequaliter serrata, basi apiceque integerrima. Verticilli numerosi, sessiles, densi, petiolis fere aequales, multiflori. Bractae linearilanceolatae, vel subulatae. Pedicelli hispidi, pilis horizontaliter patentibus, longitudine variis, subinde recurvatis. Calyx tubulosus, undique hirsutus, inprimis ad basin, pilis adscendentibus. Corolla extus fauceque pilosa. Stamina inclusa.

Notitiam huius speciei hausi ex specimine herbarii Milleri, cuius inspectionem mihi concessit Eques J. Banks, atque altero herbarii Buddleiani. Plurimam affinitatem habet cum *M. fativa*, ac forsitan erit alia varietas *M. hirsutae*. Folia attamen angustiora, basi apiceque acutiora, et inaequalius serrata, fragrantia illius Thymi varietatis, *Frankincense Thyme*, ut in *M. fativa* γ. Character praecipuus inest pedicellorum pilis, qui horizontaliter patent, aut subinde apice reflectuntur, cum ii *M. fativae* et *hirsutae* arcte reflexi sint, ut pedicellum apices tangant, passimque arcte adpressi. Haec distinctionis nota, fornix foliorum, et verticilli sessiles, me commoverunt, ut eam pro distincta specie describerem, donec Botanico alii eam in solo natali examinandi copia facta fuerit.

9. *M. rubra*, foliis ovatis, caule erecto flexuoso, pedicellis calycibusque glaberrimis, dentibus hirsutis.

M.

*) Post impressionem dissertationis huius his argumentis alia se adiunxerunt, quae opinionem confirmant, *M. fativam* cum omnibus varietatibus, et *M. hirsutam* unam eandemque speciem constinere: ideoque in Flora Britannica, nunc sub praelo sudante, eas coniunxi. Smith in Soc. Linn. lectum 3. Dec. 1799.

M. pratensis. Sole Menth. 35. t. 15. *)

M. fativa. Sole Menth. 47. t. 24.

M. verticillata. Raii Syn. ed. 3. 232. Riv. Monop. Irr. t. 48. f. 1?

M. crispa. Hort. Eyf. Aest. ord. 7. t. 5. f. 1.

M. crispa verticillata. Bauh. Pin. 227. Moris. Sect. 11. t. 7. f. 2. Herb. Bobart.

M. crispa verticillata, folio rotundiore. Raii Syn. ed. 2. 124. Bauh. Hist. Vol. 3. p. 2. 215. Herb. Buddle et Herb. Sherard.

M. prima. Dod. Pempt. 95.

M. fativa rubra. Ger. em. 680.

M. cruciata. Lob. Ic. 507.

In fossis et ad fluviorum margines. Fl. Septembri.

Herba glabriuscula odore forti congenerum. Caulis 4 — 6 pedalis, erectus, flexuosus, parum ramosus, purpurascens, glaber. Folia petiolata, late - ovata, inciso - ferrata, saturate viridia, lucida; subtus pallidiora, venis subhirsutis; superiora minora et subrotunda, interdum crispa. Verticilli numerosi, pedunculati, multiflori. Bractee lineari - lanceolatae, apice subciliatae, interiores fetaceae. Pedicelli teretes, purpurei, lucidi, glaberrimi. Calyx tubuloso - campanulatus, resinoso - punctatus, glaberrimus, dentibus ciliatis, quandoque dorso hirsutis. Corolla magna, purpurea, glabra, resinoso - punctata. Stamina longitudine varia.

Distinctissima haec est species, frequens in hortis culta, ubi nunc *Heart-mint* (*Herzmünze*), nunc *Redmint* (*rothe Münze*) vocatur; etiam sponte nascitur in diversis partibus Regni: nihilominus nuperi eam nunquam bene intellexerunt. Linnaeus eam videtur ignorasse, nam in herbario eius non extat, at istius synonyma ad *M. fativam* suam traxit. Neque certior fieri possum, num Hudson illam sub *rubra* comprehenderit. Evidenter ad hanc respexerunt Raius atque Dillenius verbis supra citatis, tam ob illorum sensum, quam ex ipsis specimenibus. Illis, quae in herbario Sherardiano asservantur, manu propria possessoris numerosa citata ex antiquis autoribus adscripta sunt: alio calamo additum synonymon Rivini, *M. verticillata*, probabile Dillenii, nam primus hanc mentham hoc sub nomine Synopsi inseruit; at minus accurate,

Uu 3 mea

*) Planta viva *M. pratensis* D. Sole, ab ipso missa, culta se ab omni parte meam *rubram* probavit: et profecto, denno accuratiusque examinando authenticum eius specimen siccum, nulla amplius dubitandi ratio superest, quin sit vera *rubra*. Smith Transact. Linn. V. 275. lectum. 3. Dec. 1799. — Haec *pratensis* habet folia deflexa, et saporem *M. piperitae*.

meâ sententiâ. Chartula non adhaerens, credo manu Samuelis Dalei scripta, synonymon C. Bauhini fert, atque: „*I have found this in three several places.*“ In alia vaga schedula cum penicillo scripta, authore mihi ignoto, existant: „*odor Menthae hortenſis. Hakney river at the Ferry-house. Sept. init.*“ Ex his discimus falſitatem coniecturae Eduardi Forſteri, Inſgl. Bot. 448. *M. fativam* l. illam eſſe Mentham, quam Dillenius ab amne *Hakney* habuerit, quam probabilis quidem illa fuerit. Dillenius enim ac Raius contuderunt Mentham *atiniſ* *Hakney* cum *M. fativa*; at ſuſpicor, eos relatione Bobarti conſiſes id feciſſe, ſpeciminum comparatione neglecta. Sequentibus argumentis fiat mea hypotheſis. Nec in Buddleji herbario, nec in Sherardi ullum adest ſpecimen *M. fativae*, quod a Tillemanno Bobartio in loco *Shotover* lectum deſignetur, aut quodcunque indicium ſecum ferat, id eſſe illam plantam, quae hucusque pro varietate hirsutâ *M. verticillatae* Synopſeos (ed. 3. 232. ed. 2. 124. 6., habita fuit. Haſ circumſtantias nonniſi ex herbario Bobarti addicere poſſumus. In eo enim extat ſcriptiuncula de *M. rubrâ* majori (*full Red-mint*), meâ *rubrâ*, pluribus deſignata ſynonymorum a me adoptatorum. - His adjacet ſpecimen vagum *M. fativae* cum notâ autographâ Buddleji, his verbis: „*I want your brother Tilleman's variety of this, hirsutie foliorum discrepans.*“ Ex his concludo, *M. fativam* hanc opinatam varietatem eſſe, cuius nullum ſpecimen forſan Bobartio ſupererat, quod Buddlejo mittere poſſet, ideoque illum hanc notam ſpecimini ſuo adpoſuiſſe, ut futura opportunitate plantam ei ſubminiſtrandam recordaretur; iſtam vero nunquam nactus eſſe videtur ex eo, quod nunc in Buddleji herbario deest.

Certe mirabile eſt, Botanicum aliquem *M. fativam* cum hac, de qua agitur, conſuſiſſe, neglecta quoque nota calycis pedicellorumque, qui in *rubrâ* ſemper glaberrimi, exceptis paucioribus pilis in margine, rarius in dorſo, dentium calycinorum. Caule glabro, rubicundo, flexuoſo, ad 5, 6 pedes elato, ſi fruticibus fulcitur, parum ramoſo, ramis brevibus, varia directione incurvis; foliis atroviridibus nitidis ſubglabris; floribus magnis pulchris purpureis, extemplo ab omnibus congeneribus *M. rubra* diſtinguitur, nec tam variabilis, quam pleraeque.

10. *M. gentilis*, floribus verticillatis, foliis ovatis, caule ramoſiſſimo patulo, calycibus baſi pedicelliſque glabris.
- M. gentilis*. Linn. Sp. Plant. 805.
- M. rubra*. Sole Menth. 41. t. 18.
- β. *M. rivalis* α. Sole Menth. 45. t. 20.
- γ. *M. variegata*. Sole Menth. 43. t. 19.
- M. arvenſis* verticillata verſicolor. Morif. Sect. 11. t. 7. f. 5. Herb. Buddle.

M. crispa verticillata. Herb. Clifford.

In aquosis et ruderalis variis. Fl. Augusto.

Herba subhirsuta. Calis erectus, pedalis (in β tripedalis), scaber, ramosissimus, ramis elongatis, patentibus. Folia petiolata, ovata, obtusiuscula, ferrata, laete viridia, utrinque pilis sparsis brevibus subhirsuta, venis subtus albidis, omnia fere conformia: in β longiora et subelliptica, in γ variegata. Verticilli subsessiles, multiflori; in γ interdum longius pedunculati. Bractee laceolatae, magnitudinis variae. Pedicelli teretes, purpurei, saepius glaberrimi: in γ subinde parum hirsuti, pilis deflexis. Calyx tubuloso - campanulatus, superne hirsutus, pilis adscendentibus: basi glaber, undique resinoso-punctatus. Corolla pallide purpurascens. Stamina inclusa.

D. Sole specimen *Menthae rubrae* omnino congruit cum authentico specimen Linnaeano *M. gentilis* L., et hac auctoritate motus eam *Menthae* Britanniae adnumero. *Rivalis* eius quocunque puncto essentiali eadem videtur, differt tantummodo caule altiore et foliis inferioribus magis ellipticis. Icon vero eius, praefertim hirsutiae calycis, magis accedit ad aliquam earum, quae quondam varietates huius speciei putatae fuerunt, nunc a me ad *sativam* relatae sunt. Verum non magni faciamus hanc circumstantiam in iconibus D. Sole, quippe chalcographi eius, quanquam egregii, ad eam non attendunt. Inique autem actum fuerit, aliquem negligentiae in hoc puncto arguere, cum accuratissimi botanici hactenus pubescentiam calycis pedicellorumque isto in genere haud tantae notae aestimaverint.

Mentha variegata, frequentissima in hortis et ad casas rusticas, omni puncto *gentili* Linnaei conformis est, haud vero *arvensi*, ad quam Bobartius in Libro Morisoni eam refert. Aliquo loco in Buddleji herbario denominata est *Calamintha ocyroides Tabernaemontani*, et profecto icon illius nostrae haud absimilis. In herbario Cliffortiano perperam vocata est *M. crispa verticillata*. Ex specimen Bobartiano in herbario Buddlejano, et ex altero in ipsius phytophylacio Oxoniae, apparet, eum quondam hanc variegatam *Mentham* pro „*M. arvensi verticillata*, folio rotundiore, odore aromatico, of *Vernon. Raii Syn. ed. 2. 13.*“ habuisse. Sed postea sententiam mutavit, nam in Morisoni opere hoc synonymon omisit: et profecto inter meas est specimen alius plantae, quae probabilis est illa a *Vernon*, de qua fiet mentio sub *M. arvensi*.

Patitur immutationem quoque haec variegata varietas, talem, ut omnes verticilli in pedicellis semiuncialibus sedeant, quo casu bractee et numero et latitudine augentur. Inter mille plantas in horto siccato et glareoso observavi paucas quasdam villosiores reliquis, quibus solis calyx pedicellique hirsuti erant.

erant. Sed haec alteratio rarissima est in *Menthis*, nec aliud eius exemplum cognovi. Directio pilorum eadem erat, ac in *M. fativa*: cum in *M. arvensi* rectâ horizontaliter pateant; discrimen, quod semper e gravioribus erit.

11. *M. gracilis*, floribus verticillatis, foliis lanceolatis subsessilibus, caule ramosissimo erecto, calycibus basi pedicellisque glaberrimis.

α. *Mentha gracilis*. Sole Menth. 37. t. 16.

M. gentilis. Engl. Bot. t. 449. With. 524.

M. rubra. Hudf. 252.

M. fusca sive vulgaris. Raii Syn. ed. 1. 78. ed. 2. 123. ed. 3. 232. Herb. Buddle.

M. verticillata glabra, odore *M. fativae* (viridis). Herb. Sherard.

M. angustifolia glabra, odore *M. spicatae*. Dale in Herb. Sherard.

Balsamita officinarum. Hort. Eyst. Aest. ord. 7. t. 3. f. 3.

β. *M. gentilis*. Sole Menth. 35. t. 15.

M. hortensis verticillata ocyimi odore. Moris. Sect. 11. t. 7. f. 1. Herb. Buddle.

M. cardiaca. Ger. em. 680. ex icone.

M. verticillata minor, acuta, non crispa, odore ocyimi. Bauh. Hist. v. 3. p. 2. 216. ex descr.

In aquosis, pratise humidis. Fl. Augusto γ frequens ad oras agrorum, locis neglectis, fimetis, ruderatis ad urbes pagosque, haud ferme indigena.

Herba subhirsuta. Caulis erectus, sesquipedalis, scaber, rubicundus, medio praecipue ramosissimus. Folia subsessilia, uniformia, lanceolata, acuta, serrata, basi angustata, laete viridia, utrinque pilis brevibus subhirsuta. Verticilli multiflori, saepius sessiles, interdum pedunculati. Bractee lanceolatae, hirsutae. Pedicelli teretes, purpurei, omnino glaberrimi. Calyx tubuloso-campanulatus, purpureus, resinoso-punctatus, basi glaberrimus, apice dentibusque hirsutus, pilis albis erectis. Corolla purpurea, apice barbata. Stamina inclusa.

Cum descriptionem in Engl. Bot. p. 449. conscribebam, haud suspicabar, hanc *Mentham* specie differre a *gentili* L. Persuaserant mihi hoc conformitas tota calycum et pedicellorum: quanquam revera hi, tum etiam pars inferior calycum, constantiori et integriore laevitate in *Mentha gracili* praedita sunt, quin in praecedente. Uberius examen nunc me commovit, ut eas separarem, nec unquam intempestivum ducens errorem corrigere. *M. gracilis* est foliis lanceolatis, acutis, acute ferratis, subsessilibus, ramis rectoribus, odore *M. viridis*, saltem in vulgari varietate α. Ex similitudine odoris atque saporis, huius cum *M. viridi*, et *M. pratensis* Sole (varietate α nostrae rubrae)

rubrae) cum *M. piperita*, olim conieceram, inflorescentiam nos fefellisse, et eas meras varietates dictarum duarum specierum spicatarum esse. Accuratus examen vero calycis, quae pars maximi momenti, me ab errore hoc servavit, ad minimum quoad *M. piperitam*. Eius calyx longior est, minus campanulatus, acutius costatus, quam in quacunque varietate *M. gracilis*; in summa, habitus et forma sat probant, eas duas distinctas species esse, neglectis immo etiam ceteris partibus plantarum. Fateor, in *M. viridi* calycem nulla in parte discrepare ab eo *M. gracilis*, α scilicet: nam in β folia minus ad basin attenuata sunt, magisque ad ovatam figuram accedentia. β est autem illa *Mentha*, cui Casparus et Joannes Bauhinus ab odore, recte ab iis *Ocymi* comparato, characterem fecerunt. Fragrantiam istam vero non in omni aetate planta spargit, sed valde durabilis est in siccis speciminibus, accedens ad illum *Uvae apianae*. Folia verticillis subiecta hac in specie ceteris minora sunt tanto, et bracteis tam similia, ut fere ad divisionem spicatarum huius generis illam pertraherent. Profecto haec planta nondum bene est extricata; forsitan ad speciem evehenda, et proxime *M. viridi* collocanda esset. Sed hoc iis dilucidandum relinquere oportet, quibus plantam incultam spontaneamque observare concessum erit; nam in plantis hortenfibz nimis variabilem observavi figuram foliorum, ut ad certam integramque determinationem sufficiat.

12. *M. arvensis*, floribus verticillatis, foliis ovatis, caule ramosissimo calycibus campanulatis undique hirsutis pilis patentibus.

Mentha arvensis. Linn. Sp. Pl. 806. Hudf. 253. With. 524. Hull. 128. Relh. 224. Sibth. 182. Abbot. 127. Sole Menth. 29. t. 12. Fl. Dan. t. 512.

M. floribus verticillatis, foliis ovatis acutis serratis. Linn. Hort. Cliff. n. 5. *Herb. Cliff.*

M. verticillata hortenfis odore ocymi C. B. Pin. *Herb. Cliff. nec Bauhini.*

M. aquatica. Raii Syn. ed. 2. 123. ed. 3. 232. *Herb. Buddle.*

M. arvensis verticillata procumbens. Moris. Sect. 11. t. 7. f. 5.

Calamintha aquatica. Ger. em. 684. How Phyt. 18. Merret. Pin. 18.

β . *Mentha arvensis maior, verticillis et floribus amplis, foliis latioribus, flaminibus corollâ longioribus, odore grato*. Sole Menth. 29. γ .

γ . *M. praecox*. Sole Menth. 31. t. 13.

δ . *M. gentilis*. Mill. Dict. ed. 8. n. 15. *Herb. Mill.*

M. verticillata, rotundiore folio, odore ocymi. S. Dale. Msscr.

M. verticillata glabra, foliis ex rotunditate acuminatis. Buddle. *Herb. Buddle et Herb. Bobart.*

M. arvensis verticillata, folio rotundiore, odore aromatico. Raii Syn. ed. 2. 123? ed. 3. 232?

ε. *M. agrestis*. Sole Menth. 33. t. 14.

In arvis inundatis, praecipue arenosis. Fl. Junio, Julio. Anglis *Cornmint*.

Herba magis vel minus pilosa, odore forti, saepius peculiari et ingrato. Caulis ramosissimus, plerumque diffusus: in γ et ε erectus. Folia petiolata, ovata, seu elliptico-ovata, obtusiuscula, varie ferrata: in ε rugosa et fere cordata. Verticilli multiflori, subsessiles. Bractae lanceolatae, subtus hirsutae. Pedicelli teretes, apice purpurascens, saepe glaberrimi, interdum plus minus hirsuti, pilis sparsis, subreflexis. Calyx brevis, campanulatus, obsoletius sulcatus, resinoso-punctatus, undique pilosus, pilis horizontaliter patentibus. Corolla dilute purpurea, extus pilosa. Stamina in α et β exserta, in γ, δ et ε inclusa.

M. arvensis vulgaris ex paucis est Menthis, quas omnes Botanici eodem nomine salutavere. Habitat in sulcis, etiam oris agrorum, imprimis in locis hyeme aqua stagnatis. Adspetus pallide viridis, incanus, caulis ramosissimus diffusus, imprimis odor peculiaris gravisque, a totâ herbâ egrediens, vulgo casei caerulei mucidi assimilatus, eam extemplo distinguunt a congeneribus. His notis iungendus quoque calyx campanulatus brevis, et pili illum undique vestientes horizontaliter patentes: et si attenderis ad has partes, confundas minime cum prioribus. Pedicellus est teres, laevigatus, apicem versus purpureus, subinde glaberrimus, sed plerumque pilis raris sparsis confusus, ad apicem densioribus, potius basin spectantibus. Clifortiani herbarii specimen, ad n. 5. Hort. Cliff. pertinens, pedicellis hirsutioribus instructum est: in alio vero, eiusdem collectionis, penitus fere sunt glabri.

Varietas mea β, tertia D. Sole, a vulgari parumper differt, maior est duntaxat omnibus partibus, quod in pratis humidis crevit. In ambabus stamina longiora plerumque sunt corollâ. D. Sole 2 varietas mihi non visa: dicit eam caule rubicundo erecto, foliis angustis, et odore grato.

γ praecocius floret vulgari, superficie gaudet nitidiori, quamvis brevibus adpersa sit pilis. Folia subrecurva, elliptica. Odore mihi non differt, nec aliquam notam distinctionis specificae reperire potui: stamina enim corolla breviora non sufficiunt.

δ non-

δ nonnisi ex specimine authentico mei phytophylacii novi, lecto a Daleo, et descripto a Millero pro *gentili*: vivam non vidi. Buddlejani herbarii specimen calyce solum basi glabro differt, qui in meo undique hirsutus est: folia quoque breviora latioraque sunt *arvensi* vulgari, ceterum nullum discrimen explorari potest. Fragrantia *Ocymi*, quam Daleus illi tribuit, illam lactenus meram varietatem designat. Meâ sententiâ quidem quàm maxime probabile est, illam esse *Mentham aromaticam* D. Vernon, de qua in Raii Synopsi mentio est, sed specimine authentico non ad examen vocato, dubitanter eam citavi. In Buddleji herbario adest specimen *M. fativæ* γ, foliis rotundioribus brevioribusque vulgari, a. 1710. ad Thamesin prope *Neathouse Chelsea* lectum, praesente D. Randio, quod congruum plantae D. Vernon dicit. Inde concludo, iam tunc illam plantam nonnisi coniecturis determinari potuisse, ac Dillenius solam phrasin transcripsit in suâ editione Synopses, absque ulla annotatione. Bobartius quondam *gentilem* variegatam hortensem pro *Mentha* D. Vernon habuit, uti supra dixi. Nec modum scio, quo nodus hic solvendus sit, sin minus inopinato vetus quodpiam herbarium obtulerit specimen authenticum.

ε planta est notabilis, quam acceptam refero D. Sole, qui solus hucusque eam reperit; atque mens vehementer eo inclinabat, quo, ad illius imitationem, ex ista speciem constituerem. Foliis est latioribus, et pene cordatis, nervis parallelis grandibus, et eminentibus rugosa. Stamina corollâ breviora. Omni ceterum parte, odore quoque, penitus cum *M. arvensi* congruit, praecipue calyce pedicellisque; atque ideo eam meram esse varietatem arbitror; nam abundantibus documentis mihi comprobatum est, figuram foliorum hac in specie lubentius variare, quam in plerisque congenerum.

13. *M. Pulegium*, floribus verticillatis, foliis ovatis, caule prostrato, pedicellis calycibusque undique tomentosis, dentibus ciliatis.

M. Pulegium. Linn. Sp. Pl. 807. Hudf. 254. With. 525. Hull. 130. Relh.

224. Sibth. 182. Woodv. Med. Bot. t. 171. Sole Menth. 51. t. 23.

Pulegium. Raii Syn. ed. 1. 79. ed. 2. 125. ed. 3. 235. How Phyt. 99. Merr.

Pin. 99. Bauh. Hist. v. 3. p. 2. 256. Fuchf. Hist. 198. Riv. Monop. Irr. t. 23. f. 1.

P. regium. Ger. em. 671.

Pulegium. *Herba, flos. Pharmac. Lond.*

In ericetis et pascuis humidis. Fl. Septembri. Anglis Penny-royal.

Herba odore acri, aromatico. Caules prostrati, ramosissimi, repentes, pilosi, angulis obtusiusculis. Folia parva, petiolata, ovata, obtusa, crenato-ferrata, subtus praecipue subhirsuta. Verticilli sessiles, pro foliorum ratione magni,

magni, numerosi, multiflori. Bractee nullae. Pedicelli tomentoso-incani, seu pilis brevissimis densissimis undique tecti. Calyx tubulosus, gracilis, sulcatus, resinoso-punctatus, pilis densis, brevibus, porrectis, undique velutis, dentibus ciliatis, acutis, inaequalibus, fauce villis albis conniventibus clausa. Corolla calyce duplo longior, purpurea, basi alba, extus villosissima. Stamina exserta.

M. Pulegium cum nulla reliquarum *Mentharum* Britanniae confundi potest, neque variationibus notatu dignis est obnoxia. Culta valde luxuriat, ac erigitur: subinde corollae sunt albae. Sunt autem species externae solertissime ab illa discernendae, hirsutiae calycum diversa, tum aliis quoque notis. Conveniunt enim in pube vel tomento pedicellorum brevi, molli, adpresso, quo neglecto quoque foliatione angustiore habituque diverso semper atque definite ab quavis alia specie Britannica dignoscuntur. Confirmatur hoc discrimine observatio mea frequentissime repetita, quam maximi sint momenti illae partes in distinguendis et exprimendis speciebus totius generis.

Lectum in Societate Linnaeana,
5. Martii 1799.

II.

Differtatio de genere *Arum*,

Autore

E. P. Ventenat,

Academiae Scientiarum et artium seu nationalis Instituti socii, cet.

Aroïdeae plantae fructificatione gaudent propria, qua primo intuitu ab omnibus aliis plantis discernuntur. Constat autem haec amenti specie, quam Linnaeus *spadium* vocavit, tota superficie, vel parte tantum, floribus tecto sessilibus, nunc nudis, partibus generationis separatis, aut conjunctis, nunc perianthio partito instructis, hermaphroditis. *Spadix* hic subinde nudus est, plerumque involvitur membranâ, quae *spatha* audit. Linnaeus *Aroïdeas* inter *Palmas* et *Calamarias* collocaverat, Adansonius inter *Ramunculos* et *Pinus*, B. Jussieus inter *Palmas* ac *Gramina*, et A. L. Jussieus inter *Naiades* ac *Typhas*, Larmark inter *Juncos* et *Naiades*. Authores isti quamquam dissen-

serint

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Archiv für die Botanik](#)

Jahr/Year: 1801

Band/Volume: [2](#)

Autor(en)/Author(s): Smith J. E.

Artikel/Article: [Obfervationes . in Menthas Britanniae. 319-346](#)